



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Quid ... ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

L I B E R P R I M U S . 101

Davidem dixisse Joabum foedasse gladium suum, quo accinctus erat, sanguine innocentum, & calceamenta, quæ in pedibus erant.

III. Hoc licet constet in militia veterum pedes caligis munitos fuisse, non tamen adeo exploratū est, quid sibi velit Paulus, cum Christianos calceari jubeat *euangelio* *τῇ εὐαγγελίᾳ τῆς εἰρήνης*. Nulli enim mihi satisfaciunt interpretes, quos ad hunc locum consului. Vocem *euangeliorum*, cum ab *euangelio* præparo dictam scirent, *præparationem*, *promptitudinem*, significare voluerunt, quæ quidem ejus est vulgaris apud Græcos notio. Ita vel *præparationem* vel *promptitudinem* vertunt Vulgatus, Erasmus, Beza, Coccejus, Belgæ, & omnes vernaculi interpretes. Sensum vero non eundem assignant homines eruditii. Vatablus. *Ut parati* Vatabl. ad h. I.  
*sitis ad Euangeliū pacis annuncian-*

*dum.* Vir illustrissimus Hugo Grot. ad  
Grotius. *Pedes significant quotidiana*  
*nas actiones, ut diximus ad Joh. 13.* h. I.

10. Eæ non sordecent, si semper infstant cogitationibus exsequendi & propagandi Euangelii. Magnus Coc-

E 30 cejus..